

Johann Mantzel

**Programma, Quo Ad Gloriosissimam Salvatoris Nostri Jesu Christi
Resurrectionem Paschalesque Eiusdem Triumphos sanctissime
devotissimeq[ue] celebrandum, Rector Academiae Rostochiensis M. Johannes
Mantzel/ Gr. Lit. P. P. & Fac. Philos. hodie Decanus, Cives Academicos serio
seduloq[ue] hortatur : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus, prima Paschatos feria, seu
pridie Calendas Aprilis A. O. R. MDCLXXIIX.]**

Rostochi[i]: Keilenbergius, [1678]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73399024X>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1678. Osterm.

~~M-1256~~³⁷

PROGRAMMA,
QVO
AD
GLORIOSISSIMAM
SALVATORIS NOSTRI
JESU CHRISTI
RESURRECTIONEM,
PASCHALESQVE
EJUSDEM



TRIUMPHOS
sanctissimè devotissimèq;
celebrandum,
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
M. JOHANNES Mangel
Gr. Lit. P. P. & Fac. Philos. hodie
DECANUS,

M. 1256¹⁷
Cives Academicos
serio sedulòq; hortatur,

ROSTOCHI, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.

Qui per proximas hebdomas, qvibus Ecclesia Catholica solennem acerbissimæ passionis & mortis dulcissimi JESU nostri memoriam debitâ reverentiâ recoluit, & qua par est, devotione, ad animum sibi revocavit, tristissimi sedimus, obstiposq; capite intuiti terram præ mœrore suimus, nunc iterum gloriosò ejusdem Resurgentis triumpho adeò reficimur, uti præ gaudio gestientes, à jubilis nobis haudquaquam temperemus. O bonum, imò optimū: Surrexit Christus hodie, nuncium! xaipeit wávns, verba sunt Cyrilli Hieros. Catech. XIV. οὐτι πεόπερον ἐπειδήσουτι, τὰς ἑδαῖαν τέλματα τηνὶς αὐθαρούιας ἀκόστατης· ὁ γὰρ ὑβριστὴ εἰς τὸν αὐτὸν ἐνταῦθα πάλιν ἡγέρθη· τηνὶς ὠστερεὴ ἡ καὶ τὸν εαυτὸν ἀκρόστις λυπηρὸν της ἦν, οὐτως ἐπεὶ τῆς αναστάσεως ἐναυγελισμὸς ἐνΦροσύνετα τὰς παρότας· τὸ πένθος εἰς ἐνΦροσύνην σραφήτω, καὶ ὁ κοπετὸς εἰς χαράν· τηνὶς πληρῶτερα χαρᾶς, τηνὶς ἐνΦροσύνης τὸ σόμα ὄμῶν, διὰ τὸν μετὰ τὴν ανάστασιν ἐπέντα, xaipeit. Gaudete omnes, qui ante a lugebatis, Iudeorum temeritates & iniqvitates audientes: Qui enim contumeliam ab illis fuerat affectus, hic nunc rursus excitatus est, & sicut de cruce au scultatio tristis erat, sic & Evangelium de resurrectione latificet praesentes. Convertatur inctus in gaudium, & dolor in latitiam, & impleatur gaudio & latitiā os vestrum, propter illum, qui post resurrectionem dixit: Gaudete. Consimili modo Augustinus, Magnus ille Hipponeñsium Episcopus, nos alloqvitur: Surrexit, inquit, Christus, exultet universus mundus: par enim est, ut, sicut omnis creatura lugubri doluit ploratu in morte

morte creatoris Iesu, et quae funere noctis ouicuro projecta est exequias in cruce morientis, nunc triumphalem ab inferis redditum resurgentis leta suscipiat. SALVE igitur, festa dies, toto venerabilis aro, quae Deus infernum vicit, Et astra tenet. Hac ipsa scilicet Servator noster exutus despoliatusque Principatus ac Potestates ostentavit confidenter palam, triumphans de illis in semetipso, teste Paulio Col. 2,15. Hac ipsa, scribente iam laudato abs nobis l.c. Cyrillo: ὁ νεκρὸς ὁ ἐν νεκρῷ εἰλεύθερος, καὶ νεκρῶν εἰλευθερῶν εὑρίσκεται. Mortuus ille, qui est inter mortuos liber, Et mortuorum liberator, resuscitatus est. Hac ipsa, qui resurrexit, ipse cum tripudio Apoc. 1,18. exclamat: Ego fui mortuus, Et ecce sum vivens in secula seculorum, Et habeo claves mortis Et inferni. Hac ipsa nos, in angustiis nostris cum Johanne flentes, Seniorum quisquam Apoc. 5,5. solatur: Ne fleveris: Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, Et solvere septem signacula ejus. Quid? quod in hac ceu triumphali & κατ' ἔξοχην Dominica die, Christianorum fides, eorundemque resurrectionis spes quam maximè fundetur. Non enim (refero jam aurea Augustini in Psal. 110. verba) laus fidei Christianorum est, quia credunt Christum mortuum, sed quia credunt, resurrexisse Christum: nam mortuum Et pagani credunt, Et hoc tibi pro crimine objiciunt, quia in mortuum credidisti. Quæ igitur laus tua? credere resurrexisse Christum. Et sperare te resurrectum esse per Christum. Scilicet hinc est, quod Scriptura Sacratam ope-

operose nanc noītri servatoris resurrectionem, veluti
rem revera maximam, inq; tam multis passim locis ad-
struat: per illam enim viderunt eum mulieres, tetige-
runt viri, palparunt increduli, ipse, qui revixit, pluri-
fariam se vivum professus est, atq; per ipsos XL. dies,
ut asseclas suos in fide resurrectionis confirmaret, alla-
boravit unicè. Imprimis etiam σκένοις illud ēxhortat̄ Paul-
lus, hac ipsa μετά nostri resurrectione, ut qui maxi-
mē, delectatur: ut enim ex plurimis paucula solum-
modo excerptamus, quām plena gaudii fiduciæq; est
illa in ep. ab Rom. c. 8, 34. oratio: quis condemnabit ele-
ctos Dei? Christus est h̄ic, qui mortuus est, imo, qui re-
surrexit? quām ponderosa est illa 2. Tim. 2, 8. ad hor-
ratio: Memoriā teneto Christum, qui resurrexit à mor-
tuis? imo totum prioris ad Corinth. caput quintum
décimum quām nervosum est? Absit igitur, ut impru-
denter h̄ic Spiritui S. contradicamus, qvin nobis
gratulemur, &c, uti Christianos decet, cum Discipulis
Luc. 24, 34. Dominus reverā resurrexit, plenō lætoq;
gutture exclamemus. Si enim post tot clarissima ver-
borum rerumq; testimonia, cum H̄æreticis, resurre-
ctionē Christi negantibus, eumq; Cerintho, homine
ἀνοίτη καὶ ἀνοίτων διδασκάλω, de qvo Epiphanius h̄æresi 28.
scribit, qvòd dixerit, Χριστὸν πέμψαντας, καὶ ἐπαυγάσαντας, μήπω δὲ
ἰηγγέρθαν, μέλλειν δὲ τύπονθαν, ὅταν ἡ καθόλη γένηται νεκρῶν ἀνάστασις.
Christum passum qvidem ἐ crucifixum esse, nondum ta-
men à mortuis resuscitatum, ac tum demum, cum omnes
mortui resurrecti sint, excitandum, adhucdum face-
remus

remus, eo ipso certe nos ipsos Christo nomineq; Christiano faceremus indignissimos, immo, mysterium nostrum ipsorummet resurrectionis non credere nos, exinde fieret quam liquidissimum. Mortuorum siquidem resurrectio a Christi resurrectione ad amartivis unicèq; dependet: nam ipse caput nostrum est, nos membra ejus sumus. Hinc Augustinus, praevente Scriptura, ita fatur: *Quia resurrexit caput vestrum, hoc sperate membra, quod vidistis in capite. Proverbium est antiquum et verum: ubi caput, ibi cetera membra.* Et Athanasius, lib. de hum. nat. sive. πέπτον τὸ ἴδιον σῶμα ἡγεμόν ὁ κύριος σκυνεῖν, καὶ ὑψωσεν μετὰ ταῦτα ἐγεῖται καὶ τὰ μέλη τῆς σώματος αὐτοῦ, ἵνα χαρίσῃ αὐτοῖς τὰ πάντα ὡς θεος, οὐαὶ αὐτοῖς ὡς ἀνθρώποις ἐλαζε. Primum proprium corpus suscitavit Dominus ex mortuis, et exaltavit: dehinc etiam membra corporis sui excitabit, uti donet iis omnia ut Deus, quae ipse accepit ut homo. Tertullianus item, lib. de resurrect. carnis: *Christus in exemplum ipsi nostra resurrexit.* Et quamlibet hujus nostri corporis resurrectio vel ex ipsa natura commodè quodammodo illustretur, prout etiam inter alios ab Augustino Serm. 34. de verb. Apost. factum est, quando, tota, inquit, huius mundi administratio testimonium est resurrectioni futura. Videamus certè biennis tempore vel adventu, arbores spoliari pomis, nudari foliis, sed eas etiam verno tempore speciem resurrectionis exprimere, quae primò quidem incipiunt turgere in gemmis, tunc ornari in floribus, et vestiri foliis, et postmodum pomis gravari. Interrogo te, infidelis homo, qui de resurrectione dubitas,

ubi

ubi sunt ista, quæ tempore, quo Deus disposit, producuntur? dic mihi, ubi latitant, antequam producuntur? quæ nusquam quidem videntur, sed tamen Deus, qui omnipotens est, ea ex nihilo condidit, secretâ suâ virtute producit. Hinc jam ad campos prata respicite, quæ aestate transactâ herbis suis spoliantur ac floribus, nuda remanent ipsa spatha terrarum: sed iterum verno tempore revesantur, novo ubiq; germine incipiente, latatur agricultura. Certè herba, quæ ante vixit moritur, rursus reviviscit ex semine: sic etiam nostrum corpus reviviscet ex pulvere. Resurgentis tamen Christi resurrectio resurrectionis nostræ unicum semper fundamentum atq; principium est. Christus resurrexit à mortuis, primitia dormientium, quoniam per (unum) hominem mors, per hominem resurrectio mortuorum: Et sicut in Adamo omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur, verba sunt expressissima i. Cor. 15, 20. 21. 22. Vivemus igitur, eo quod, qui Joh. 14, 19. Vivo ego, vos vivetis, exclamat, vivat. Hic mortem nostram morte suâ morti dedit, ut vel cum Paullo ex i. Cor. 15, 54. 55. 56. 57. Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est mors tuus stimul? stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriā, per Dominum nostrum Jesum Christum; Vel cum Hieronymo ex Epist. 3. Omnes, quæ Christi morte mortua es, illius morte nos vivimus: devorasti et devorata es: dumque assumti corporis Christi solicitaris illecebrâ, et avidis faucibus prædam invadis, interiora tua adunco dente

con-

confossa sunt. Gratias tibi tua agimus creatura, Christe
Salvator, quod tam potentem adversarium nostrum, dum
occideris, occidisti: Quid autem miserius homine, qui ater-
na mortis horrore prostratus, vivendi sensum ad hoc tan-
tum acceperat ut periret? gloriari nunc liceat. Hæc
sunt paschalia nostra gaudia! Hi sunt nostri, post tan-
tam viatoriam triumphi! ô utinam ^{λαύρη τον οὐρανόν} nostro triumphatori Iesu pro tantis beneficiis obsequiosi
semper & dicto audientes viverem⁹. Utinam uti sem-
per, ita potissimum diebus hisce paschalib⁹, tales vive-
remus! Habet hoc festum nomine suum à transitu, cum
Israëlitæ festinô pede citra Perditoris Angeli infelicio-
rem tractum ex Ægypto exiverint, & nos ex ipsis infer-
ni faucibus virtute Resurgentis Jehovæ illæsi emerse-
rimus; transeamus ergo vitiorum illecebras, mittam⁹,
qvæ Servatorem nostrum Iepeliverunt, qvæq; Serva-
tor ipse sepelivit, ^{ἀπεργήματα}, atq; mactati agnī sanguine
cordis nostri postes tingentes, Deo nostro quantū pos-
sumus serviam⁹. Cur peccata, ob qvæ Christus mortu⁹
est, refricaremus? certè omnium mortalium omnia,
maxima, medioxuma, minima, nota, occulta, sursum
deorsum, horsum illorum exprobrantia, in unum co-
acta constipataq; ut ne unum qvidem exciderit, se-
pulchro suo intulit: In æterna ibi nocte maneant: Quid
nobis Deo viventibus cum infrugiferis tenebrarum
operibus? Quid Christiano homini cum diabolico vi-
tio, superbiâ, caninô, lasciviâ, suillô, immundicie, ser-
pentinô, invidiâ &c. esset commercii? cur crapula &

brietas

*ebrietas, cùm illa omnium flagitiorū quasi metropo-
lis, blandus Dæmon, dulcēq; venenum sit, qvam qui
habet, dicente præclarè Augustinō, se ipsum non habet,
qvam qvifacit, peccatum non facit, sed ipse totus peccatum
est, nos fascinaret? Quid mortui sumus peccato, qvomodo
adhuc vivamus in eo? Consepulti sumus Christo per ba-
ptismum in mortem, ut sicuti resuscitatus est Christus ex
mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vita am-
bulemus Rom. 6, 2. 4. Expurgemus vetus fermentum, ut
sumus nova massa, sicuti sumus fermentati. Pascha
pro nobis immolatum Christus est, celebremus ergo festum
non in fermento veteri, neq; in fermento malitia & vici-
tiae, sed in panibus azymis, sinceritatis & veritatis, 1. Cor.
5, 7. 8. Ast cùm hæc & id genus alia per proximè in-
stantis triduum à Verbi Divini Ministris proponi incul-
cariq; & neverint, ad eosdē sedulò attentēq; audiēdos,
omnes & singulos æternæ salutis cupidos, in primis au-
tem eos, qui sub Musarum hinc vivunt patrocinio, me-
ritò remittimus, eosq; ut in summō Dei timore, verā-
q; pietate ac debitā modestiā triumphale hocce festū
concelebrent, grates etiam, qvas mente concipere
possunt, maximas, Deo pro collatis beneficiis persol-
vant, & iunctis precibus apud Deum, ut lucem &
flammarū Evangelii in cordibus suis clementer accē-
cendar, seq; Spiritus S. radiis gratiolē illustret, serio
admonemus.*

*P.P. Sub Sigillo RECTORATUS, primâ Paschatos feriâ,
sue pridiè Calendas Aprilis A. O. R. cīc 106 LXXIX.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73399024X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73399024X/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73399024X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73399024X/phys_0012)



confossa sunt. Gratias tibi tua agimus e
Salvator, quod tam potentem adversariu
occideris, occidisti: Quid autem miserius h
na mortis horrore prostratus, vivendi se
tum acceperat ut periret? gloriari nunc
sunt paschalia nostra gaudia! Hi sunt ne
tam vietoriam triumphi! ô utinam lör
stro triumphatori Iesu pro tantis benefi
semper & dicto audientes viverem⁹. U
per, ita potissimum diebus hisce pascha
remus! Habet hoc festum nomine suum
Israëlitæ festinô pede citra Perditoris A
rem taatum ex Ægypto exiverint, & no
ni faucibus virtute Resurgentis Jehovah
rimus; transeamus ergo vitiorum illece
qvæ Servatorem nostrum sepeliverun
tor ipse sepelivit, apæctipat⁹, atq; macta
cordis nostri postes tingentes, Deo nos
sumus servi⁹. Cur peccata, ob qvæ C
est, refricaremus? certè omnium mor
maxima, medioxuma, minima, nota, c
deorsum, horsum illorum exprobrant
acta constipataq;, ut ne unum qviden
pulchro suo intulit: In æterna ibi noſte
nobis Deo viventibus cum infrugiferis
operibus? Quid Christiano homini cu
tio, superbiâ, caninô, lasciviâ, suillô, in
pentinô, invidiâ &c. esset commercii?




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180

the scale towards document

briste
dum
ater-
tan-
Hæc
tan-
no-
viosi
sem-
vive-
cùm
ficio-
nfer-
erse-
am⁹,
erva-
vine
pos-
rtu⁹
nnia,
rsum
nco-
t, se-
Qvid
um,
ovi-
, ser-
la &
rietas